LJS 124

Flores Sancti Bernardi

Curritur in clero passim ab omni
etate et ordine: a doctis pariter et
indoctis. ad curas ecclesiasticas. tanquam
sine curis iam quisque victurus sit:
cum ad curas pervenerit. nec mi-
rum de hiis: qui nec dum miseriarum
temporis experti sunt. Videntes quippe
illos. qui iam proprios humeros
capiti sarcine submiserunt: non
solum non gemere tanquam sub ho-
nere. sed insuper apparere plus honorari:
non deterreri periculis. que cupidi-
tate ceccati non vident: sed favoribus
amplius provocantur. quos illis
invident. O infinita semper ambi-
tio: et insaciabilis avaricia. Cum
primos honorum gradus in ecclesia
invenerint: vel vite merito. vel pe-
cunie. sive eciam carnis et san-
guinis. que regnum dei non pos-
sidebunt prerogativa: non ideo cor-
da quiescunt. duplici semper estua-
cia desiderio. quo utique magis ac
magis. et in plurima dilatentur: et
ad celsiora sublimentur. lxxxiii.

Invectio contra abbates: qui procurant exempciones.

Non vos feliciem quia pre-
estis: Et si non preestis infe-
liciem putate. Ut autem securius
preesse possitis: subesse et vos si-
cut debetis non dedignemini. De-
dignatio quippe subiectionis: pre-
lacione reddit indignum. Sapien-
tis consilium est. Quanto magnus
es: humilia te in omnibus. Miror
autem quosdam in nostro ordine mo-
nasteriorum abbates: hanc humilita-
tis regulam. odiosa contencione
infringere: et sub humili quod peius
est. habitu atque tonsura. tam superbe
sapere: ut cum nec unum quidem
iubilum de suis imperiis. subdi-
tos suos pretergredi paciantur:
ipsi propriis obedire contempnant
episcopis. Spoliant ecclesias ut
emancipentur: redimunt se
ne obediant. Non ita Christus. Ille si-
quidem dedit vitam. ne perderet obe-
dienciam: quia isti ut careant to-
tum fere suum: suorumque victum expen-
dunt. Quid hoc est presumpcionis
o monachi: Neque enim quia prelati
monachis: ideo non monachi.
Nempe monachum facit professio:
Prelatum necessitas. Ut autem non
preiudicet necessitas professioni: ac-
cedat non succedat prelatio mo-
nachatui. Et non propter me magis
facio: si quero etiam libertatem. O li-
bertas: omni servitute servilior. Pa-
tiens ab huiusmodi libertate absti-
neam: que me pessime addicat ser-
vituti superbie. Plus timeo den-
tes lupi. quam virgam pastoris.
Certus sum enim ego monachus.
et monachorum qualiscumque abbas.
si mei quoque pontificis. excutere
iugum temptavero: quod sathane
mox tirannidi me ipsum subicio.
Illa quippe cruenta bestia: que
circuit querens quem devoret adul-
teris elongatam custodiam. heu
mox insiliet in presumptorem. Me-
rito enim non evitatur superbo pos-
sidere: qui se iure regem gloriatur
super omnes filios superbie. Quis da-
bit michi centum in mei custo-
dia deputari pastores. Stupenda
insania. Non curatores animarum
turbas michi custodiendas colli-
gere: et unum super proprium gregem
custodem habere: et quidem subiecti-
one de reddenda pro se racione solli-
citant: qui autem presunt michi.
ipsi pocius pervigilant tanquam
pro me racionem reddituri. Verum
apte iudicant quidam horum
quid cogitent: dum multo la-
bore ac precio. apostolicis adeptis pri-
vilegiis. per ipsa sibi vendicant
insignia pontificalia. utentes et
ipsi more pontificum: scilicet
mitra. anulo. atque sandaliis. Sane

FRENCH XV

Flores S Bernardi, leaf from a MS with this heading, 2 col. 47 lines, headings in red. 3 decorative initials in red & blue 370 by 260 mm from the collection of Sir Irvine

si attenditur rerum dignitas: hanc
monachi abhorret professio. Et mi-
sterium: solis liquet congruere pon-
tificibus. Profecto esse desiderant
quod videri gestiunt. Meritoque illis
esse subiecti nequeunt: quibus iam
tempore se desiderio comparant. Quid si et
nomen eis conferre privilegiorum possit
auctoritas: Quanto putas auro
redimerent. ut appellarentur ponti-
fices. Quo ista a monachis: Ubi
timor mentis. Ubi rubor frontis:
Quis umquam probatorum monachorum.
tale aliquid aut verbo docuit. aut
exemplo reliquit: Duodecim enim
humilitatis gradus: magister noster
edisserit. In quo queso illorum docet.
aut continetur. ut hoc fastu delectari
monachus. has querere debeat digni-
tates: labor et latebre. et volunta-
ria paupertas: hec sunt monachorum
insignia. hec vitam solent nobi-
litare monasticam. Vestri autem
oculi omne sublime vident: Vestri
omne forum circueunt pedes. Vestre
lingue in omnibus audiuntur conciliis:
Vestre manus omne alienum diri-
piunt patrimonium. De superfluo

ornatu episcoporum. lxxxv.

Non in veste inquit preciosa.
Clamatur hoc specialiter
ad feminas. ut erubescat in se episcopus
deprehendi. quod in fragiliori
quoque sexu audierit reprehendi.
Denique non quippiam ecclesiasticum:
sed illud tamen gentilicium ingerat quod
dicite pontifices: in sancto quid fa-
cit aurum: Non tolerabilius cernitur
in sancto: quam in freno. hoc me
tacente: et si non curia regum.
tamen penuria pauperum clamat.
Sileat licet fama: sed non fames.
fama quidem silet. Non quoniam
mundus peccatum arguet. a quo
potius lau. pec. i. d. anime sue:
et ini. be: Clamat vero nudi. cla-
mant famelici: et dicunt: Dicite
pontifices: in freno quid facit
aurum vel argentum: Numquid au-
rum a freno frigus repellit. aut
esuriem: Nobis fame et frigore
miserabiliter laborantibus: quid confe-
runt tot mutatoria. vel extensa
in perticis. vel plicata in mantic-
cis: Nostrum est quod effunditis:
nobis crudeliter subtrahitur:
quod inaniter expenditis. Et nos
enim fratres vestri. plasmacio dei.
et redempti sanguine christi. Vi-
dete quale sit. de fraterna porcione
oculos vestros pascere. Vita nostra
cedit vobis in superfluas copias.
Nostris detrahitur necessitatibus:
quicquid vestris accedit vanitatibus.
Duo denique mala. de una prodeunt
radice cupiditatis. dum et vos
vanitando peritis. et nos spoliando
perimitis. Iumenta gradiuntur honusta
gemmis: et nostra non curatis crura
nuda tegere caligulis. Anuli:
cathemile. et clavate corrigie.
nilla quoque talia tam speciosa coloribus:
mulorum dependent cervicibus. Stat
autem lateribus nec femincula in-
fantes opponitis. Huc accedit:
quod hec omnia nec negociacionis
studio. nec proprio manuum exa-
cio: vobis elaborastis. Sed nec
iure hereditario possidetis: nisi
forte et vos in corde vestro dixi-
tis. hereditate possideamus sanctua-
rium dei. Et hoc pauper: mo-
do quidem tantum coram deo: cui lo-
quitur corde. Non enim audet
aperte causari adversum vos: quibus
nimirum necesse habent. pro sua vita
supplicare. Ceterum in futuro: sta-
bunt omnes in magna constancia
adversus eos qui se angustiave-
runt: stante pro eis patre orpha-
norum et iudice viduarum. lxxxvi.

De officio episcopi et pernicie prelatorum

In omnibus actis et dictis
suis. michil querat episcopus